Et reliquum fuit ex duobus tonis. id est clxxx. Nam cum sint duo toni inter neten hyperboleon et triten. id est iiii. ii ccciiii et ii dcccc xvi. cum de ipsis ii dcccc xvi auferunt ii dcc xxx vi quae est paranete hyperboleon in chromate facientes tria semitonia ad neten hyperboleon. reliquunt clxxx. qui eisdem ii dcc xxx vi additi reddunt triten hyperboleon chromatis. id est ii dcccc xvi. quae eadem est in diatonico duorum tonorum. In chromate per semitonio accipitur ad paraneten hyperboleon

factum est qui est dimidius tonus sed non integre. quia ut superius uberrime monstratum est non potest tonus in duo aequa partiri. Consignabimus igitur hoc spatium trium semitoniorum. id est toni ac semitonii hoc modo I I I. Rursus paranete hyperboleon chromatica ad triten hyperboleon retinet partem toni. id est semitonium. quod reliquum fuit ex duobus tonis qui continentur inter triten hyperboleon diatonica et neten hyperboleon. Subtractis uero quattuor semitoniis. reliquum ex toto tetracordo spatium semitonii est. quod continetur inter neten diezeugmenon et triten hyperboleon. Constat igitur et hoc tetracordum ex duobus tonis ac semitonio. Diuisum in uno quidem spatio tribus semitoniis. in duobus autem spatiis. duobus semitoniis. Tria uero spatia. neruis quattuor continentur. In enarmonio uero genere summa est id per nos tendis facilitas. ab eo ipsum quod est nete hyperboleon. id est ii cccii. paranete hyperboleon enarmonios id est ii dcccc xvi. duos tonos integros distat. quos hoc modo notabimus I I. Relinquitur igitur ex totius tetracordi duobus tonis ac semitonio unum quidem semitonium quod continetur inter neten diezeugmenon et paraneten hyperboleon enarmonion. quod scilicet diuisum in duas dieses. trite hyperboleon enarmonia. media inter iecta. spatiumque dieseos hoc modo signauimus. Quia igitur nobis hyperboleon tetracordon scriptum est quo pacto ad diezeugmenon tetracordum ueniamus. Nec in morandum est isdem commentationibus in ceteris. cum ab hac discriptione etiam in aliis sumi possit exemplum.

MONOCHORDI NETARUM DIEZEUGMENON PER TRIA GENERA PARTITIO.

Netes igitur diezeugmenon quae est iiii lxx ii. Si dimidium summa erit i. dxxx vi. qui eisdem additi fiunt. iiii. dcviii. qui fit mese quam o littera designamus. Quod si eius de netes diezeugmenon id est dd. scilicet iiii lxx ii. auferam tertiam partem erit i. xx iiii. qui eis dem coniuncti faciunt. iiii xc vi. quae uocabitur paramese. x littera subter notata. Nete igitur diezeugmenon id est iiii lxx ii ad mesen. iiii. dcviii. quoniam in sesqualtera comparatione consistit. diapente continet simphoniam. Eadem uero nete diezeugmenon. iiii. lxx ii ad paramesen id est IIII xc vi. quae ad eam in sesquitertia proportione composita est. diatesseron tenet consonantiam. Si igitur ab ea quae est nete diezeugmenon. iiii lxx ii auferam octauam partem id est. ccclxxx iiii. eisque adiuuam fient iii. ccclvi. Eritque haec paranete diezeugmenon diatonos. cc litteris notata. Ad neten diezeugmenon obtinens tonum. Ab hac uero si octauam auferam partem. id est de iii ccclvi. quae est cccc xx ii eosque eidem adiungam erunt iii dccc lxxx viii. Eritque ea trite diezeugmenon diatonos. Sed quoniam nete diezeugmenon ad paramesen sesquitertiam obtinebat proportionem trite autem diezeugmenon diatonos ab nete diezeugmenon duos